linquere, nec minus exfideiubere aut arestare sub vadio similis sum-
mae Ducentorum flor. pecuniae monetae polonic. in casu non solutionis summae essen-
cialis pro dicto tempore solutioni assignato ipso facto ad solvendum eis
Krzeczowski aut posteritati praedicti Drohojowski successoresque eius suc-
cumbendo, et in utraque summarum essencialium et capitali debitorumque die solu-
tioni assignatae committendo, ac in bonis praedicti Drohojowski extendendo.
Praeterea idem Kilianus Drohojowski se successoresque suos super bonis
suis inscribit et obligat contentam inscriptionem ex his actis ad acta terrae Pre-
misliensis in decursu unius anni in bar vel meliori verborum forma
transferre et transportare, ac circa transportationem contentae inscri-
ptionis Generosam Cristinam de Sulejow consortem suam ultimo ad ea-
dem acta terrae Premisliensis ad consentiendum super inscriptionem contentam de o-
mne ipsius statuere, sub vadio similis summae originali quadringen-
torum flor. pecuniae monetae polonic. in defectu non complitionis praemis-
sorum ad solvendum succumbendo, Prorsus summa simul cum vadio iuncta
quadringentorum flor. pecuniae, ac vadio succubuit ob non transportatam
inscriptionem contentam, si se praedictus Kilianus Drohojowski aut succes-
sores eius eundem Eustachio Krzeczowski aut posteris eius ad officium Ca-
strense Premisliense citare permiserit, Extunc recedendo a iure et foro su-
is propriis quibusvis Coram eorum officio Castrensi Premisliensi Conscius Contentus
officio respondendum cum successoribus et bonis suis omnibus quo ad respondendum
pro praemissis subiicit in primo citationis peremptorio [illegible] termino
stare parere videri, ac pro citationibus omnibus re ipsa satisfacere, ipse re-
cognoscens cum successoribus suis tenebitur, Nullo termino eorum praemisso
vel vitae vel simplici infirmitatibus, Bellorum expeditione bellica
[illegible] hostium, Aurea pestifera, Commoratione [illegible] vel particula-
ri, statutis et constitutionibus quibusvis regni vel scribendis lau-
dati [illegible] et derivatis quibusvis regalibus, Servicio Mili-
tari Reipublicae et sacrae Regiae Maiestatis intra et extra regnum absentia
atque ac legationibus quibusvis in praedictis differendo, Ad quietationem
mortificationemque contentam inscriptionis et ad [illegible], tum et pro maiori di-
lationem non recipiendo, Poena tum Maior et [illegible] poena vadium et va-
dia non evadendo, Motionibus appellationibus, earumque prosecutio-
nibus, Exceptionibus dilationibus, fatalibus ac evasionibus, Dilatio-
nibusque iuxta universis de iure et consuetudine dari et admitti
solitis, iurisque et facti omnibus remediis se cum successoribus suis abre-
nunciando et successoribus suorum sub amissione totius causae et
litium confacti vadii et vadiorum, Nulla praescriptione terrae in praemis-
sis obstante quod memoriali firmatum est

Krzeczowski quietat Drohoiowski 25

Veniens personaliter ad officium Actaque praesentia Castrensia Premisliensia Generosus Eustachius
Krzeczowski. Ponendo a iure et foro suis propriis quibusvis et eorum successori-
bus bonisque suis omnibus huic Castrensi Premisliensi Iurisdictioni quo ad hunc Actum
incorporando sanus mente et corpore existens publice recognovit quia Generosum
Kilianum Drohojowski a Drohojow de summa Quadringentorum florenorum pecuniae
coram Iudicio et Actis terrestribus Premisliensibus modo quovis et in bonis qui-
buscunque recognita prout inscriptio eadem terris latius praemissa testatur, quietat
et liberum facit perpetue. Necnon et inscriptionem eandem in Actis terrestribus
Premisliensibus contentam super summam eandem factam cum omnibus illius in eadem conditi-
onibus ad extremum cassat, annihilat, obliterat, quinimo abrasa reddit nec ipsa
et [illegible] vult perpetuis temporibus

Blazowski tenetur Czerliczki

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Iaco-
bus Blazowski Cheleyski. A iure et foro suis propriis quibusvis recedendo. Se et
cum successoribus bonisque suis omnibus praesenti Castrensi Premisliensi Iurisdictioni in toto
quo ad Actum praesentem incorporando sanus mente et corpore existens publice reco-
gnovit Famati Nobili Mirzko Czerliczki Kardaszowicz et eius successoribus
summam viginti flor. pecuniae monetae et numeri Polonicalis certi et liquidi debiti
sine mutuatae pecuniae teneri. Ac se cum successoribus et bonis suis omnibus eandem sum-
mam ex integro pro festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime
venturo hic in castro Premisliensi dare solvere reponere et iterum non
exfideiubere obligat et inscribit. Casu vero si summam praefatam idem Blazow-
ski eidem Czerliczki vel posteritati ad praedictam diem solutioni as-
signatam non solverit aut solvere neglexerit successoresque eius non solverit
aut solvere neglexerit. Extunc ipse Blazowski praesenti sua inscriptio-
ne se successoresque super bonis suis omnibus obligat, eique Czerliczki aut poste-
ris eius in crastino eiusdem diei solutioni assignatae in bona sua haereditaria et
in totam Aream dictam Sochanowskie in villa Blazow consistentem per Mi-
nisterialem terrestrem quemcunque ad extremum per officium praesens addat
ditum, intromissionem realem cum actuali et pacifica possessione cum omnibus adia-
centiis dare et benevole admittere nulloque modo impugnare seu impe-
dire sub vadio similis summae viginti Flor. pecuniae monetae Polonic. Ter ipse
Czerliczki vel successores eius bona praedicta ipsius Blazowski here-
ditaria videlicet integram Aream dictam Sochanowskie cum omnibus ad eam attinentiis
et pertinentiis fructibus proventibus atque cum universis utilitatibus nullis exceptis